



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

miratæ sunt turbæ, dicentes. Nunquã apparuit sic in Israhel. Ac pharisæi dicebant. Per principẽ dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et circũibat Iesus ciuitates omneis ac vicos, docens in synagogis illorũ, & prædicans euangeliũ regni, & sanãs omnem morbum & omnẽ languorẽ in populo. Cũ vidisset autẽ turbas, affectu misericordix tactus est erga illas, quod essent destituti, ac dispersi velut oues, non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, Ipsa quidẽ messis copiosa, cæterũ aperarij pauci. Rogate igitẽ dominũ messis, vt extrudat operarios in messẽ suã. CA. X.

T accersitis duodecẽ discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, vt eijcerent eos, & sanarent quemuis morbũ, & quemuis languorẽ. Porro duodecim apostolorũ nomina sunt hæc. Primus Simon qui vocatẽ Petrũ. Et Andreas frater eiũ. Iacobũ filiũ Zebedæi. Et Ioannes frater eiũ. Philippus. & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus, qui fuerat publicanus. Iacobũ filiũ Alphæi. Et Lebbeũ, cognomẽto Thaddeus. Simõ Cananẽ, & Iudas Iscariotes, qui & perdidit illũ. Hos numero duodecim, emisit Iesus, quibus præceperat dicẽs, In viã gentiũ ne abieritis, & in ciuitatẽ Samaritanorũ ne ingrediamini, sed ite potius ad oues perditas domũ israhel. Profecti autẽ prædicate dicẽtes. Appropinquauit regnũ cælorũ. Infirmos sanate, leprosos mundate, mortuos suscite, dæmonia eijcite, gratuito accepistis, gratuito date. Ne possideatis aurũ, neque argentũ, neque æs in crumẽis vestris, neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calciamẽta, neque virgã. Nam dignus est operarius cibo suo. Sed in quancunq; ciuitate

SECUNDVM. TTAM

tem, aut vicū fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atq;
 illuc manete donec exeatis. Cū autē intrabitis domū, salutate illā,
 & siquidē fuerit domus digna, veniat pax vestra super illā. Sin
 minus fuerit digna, pax vestra ad vos reuertat. Et quicumq; non
 exceperit vos, neq; audierit sermones vestros, exeuntes ex adi
 bus, aut ciuitate illa, excutite puluerē pedum vestrorū, Amen di
 co vobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorū, & Gomorrhorum
 in die iudicij q̄ ciuitati illi. Ecce ego emitto vos, velut oues in me
 dio luponū. Estote igit̄ prudentes, veluti serpentes, & simplices
 sicut columbæ. Cauete autē ab illis hominibus, tradent em̄ vos in
 cōcilia, & in cōciliabulis suis flagris cadent vos, quin & ad pri
 cipes ac reges ducemini, propter me, in testimoniū ipsis ac genti
 bus. At eum tradiderint vos, ne sitis solliciti, quomodo, aut quid
 loquamini, dabit enim vobis in illa hora quid loquamini. Non
 enim vos estis illi loquentes, sed spiritus patris vestri, qui loquit̄
 in vobis. Tradet autē frater fratrem in mortē, & p̄ filiū, & insurgēt
 filij aduersus parentes, & morte afficient eos, & eritis odio habiti
 ab om̄ibus, propter nomen meū. Verū qui sustinuerit vsq; ad fi
 nē hic saluus fiet. Cū autē p̄secuti vos fuerit in ciuitate hac, fugite
 in aliā, Amē dico vobis. Nō pambulaueritis oēs ciuitates Israeli
 ticas, quin iā venerit fili⁹ hois. Nō est discipul⁹ supra p̄cepto
 rē, neq; seru⁹ supra dñm suū. Sufficit discipulo vt sic sicut p̄cep
 tor ipsius, & vt seruus sit sicut domin⁹ ipsius. Si ipsum patrem
 familias vocauerunt Beelzebub, quanto magis domesticos illi
 us? Ne igit̄ metuatis eos, Nihil enim est reatum, quod nō sit re⁹

legendū, & nihil occultū, quin futurū sit vt sciāt. Quod dico vobis
 in tenebris, dicite in luce. Et quod in aurē auditis, prædicate
 in tectis. & ne metuatis vobis ab his qui occidunt corpus, animā
 autē nō possunt occidere. Sed metuite magis illū, qui potest & ani
 mā, & corpus perdere in gehenna. Nonne duo passeruli minu
 to asse veneūt? & vn⁹ ex illis non cadet in terrā, sine patre vestro
 Vestri vero etiā pili capitis oēs nūerati sūt. Ne igit̄ metuatis vos
 pluris estis, q̄ multi passeruli. Omnis igit̄ qui confitebit̄ me cor
 ram hoibus, confitebor & ego illū corā patre meo, qui est in cœ
 lis. Porro quisquis negauerit me corā hoibus, negabo eū & ego
 corā patre meo, qui est in cœlis. Ne arbitremini, quod venerim
 ad mittēdū pacē in terrā. Nō veni vt mitterē pacē, sed gladiū. Nā
 veni vt dissidere faciā hominē aduersus patrē suū, & filiā aduersus
 matrē suā, & sponsam aduersus socrū suā, & inimici hois erūt, ij
 qui sunt domestici ipsius. Qui amauerit patrem, aut matrē ultra
 me, nō est me dign⁹, & q̄ amauerit filiū aut filiā supra me, non est
 me dign⁹. Et qui nō accipit crucē suā ac sequit̄ me, nō est me dig
 nus. Qui inuenerit animā suā, perditurus est eā, & qui perdidit
 rit animā suā mea causa, inueniet eā. Qui recipit vos, me recipit,
 & qui me recipit, recipit eū qui misit me. Qui recipit prophetā
 in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet. Et qui recipit
 iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et quicumq; ad bi
 bendum dederit vni ex pusillis his poculū aque frigidæ tantū
 nomine discipuli, Amen dico vobis, non perditurus est merce
 dem suam.